

Feria V infra Hebdom. VI post Pentecosten.

Ad Matutinum.

D

Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. Rx. Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.

Invitatorium.

Ps. 94, 6; Psalmus 94; H136

A

D-o- rémus Dóminum † qui fe-cit nos. A. Ado- rémus. V. Ve- ní-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o,

sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confessi-ó-ne, et in psalmis iubi-lémus e-i. A. Ado- rémus. V.

Quó- ni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus super omnes de-os. Quóni- am non repéllet Dóminus plebem su-am,

Rx.

qui- a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. † Qui. V. Quó- ni-am ipsí-us

est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um,

plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos, qui- a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius,

Rx.

et o-ves páscu-æ e-ius. A. Ado- rémus. V. Hó- di-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra,

si-cut in exacerba-ti-óne secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt

tau

et vi-dé-runt ópe-ra me-a. † Qui. *V.* Quadra-gín-ta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic, et di-xi:

Semper hi errant corde. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt

- s - au / r /

in réqui-em me-am.» A. Ado-rémus. *V.* Gló- ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o,

tau / - s - au / r /

tau / s, r

et nunc, et semper, et in sácu-la sæcu-ló-rum. Amen. † Qui. *A.* Ado-rémus Dóminum † qui fe-cit nos.

Hymnus.

II

A

-mó-ris sensus é-ri-ge ad te, largí-tor véni-æ, ut fi-as clemens córdibus purgá-tis inde sórdibus.

Extérfi huc advénimus et éxsu-les ingémimus; tu portus es et pátri-a, ad vi-tæ duc nos átri-a. Fe-lix quæ si-tit cá-ri-tas

te fontem vitæ o Vé-ri-tas; be-á-ti valde ócu-li te specu-lántis pópu-li. Grandis est ti-bi gló-ri-a tu-æ laudis memó-ri-a,

quam si-ne fi-ne cé-lebrant qui cor ab imis é-le-vant. Præsta, Pa-ter pi-íssime, Patríque compar Uni-ce, cum Spí-ri-tu

Pa-rácli-to regnans per omne sácu-lum. A-men.

Psalmus 1.

Ps. 61, 2; H96

III g

N

Onne De-o * subiécta e-rit á-nima me-a?

Ps. 61

Nonne De-o subiécta e-rit á-nima me- - a? * ab ipso enim sa-lu-tá- - re me- - um.

Nam et ipse Deus meus, et salutáris meus: * suscéptor meus, non movébor ámplius.

Quoúisque irrúitis in hóminem? † interficitis univérsi vos: * tamquam paríeti inclináto et macériæ depúlsæ?

Verúmtamen prétium meum cogitavérunt repéllere, † cucúrri in siti: * ore suo benedicébant, et corde suo maledicébant.

Verúmtamen Deo subiécta esto, ánima mea: * quóniam ab ipso patiéntia mea.

Quia ipse Deus meus, et salvátor meus: * adiútor meus, non emigrábo.

In Deo salutáre meum, et glória mea: * Deus auxílii mei, et spes mea in Deo est.

Speráte in eo omnis congregátio pópuli, † effúndite coram illo corda vestra: * Deus adiútor noster in ætérnum.

Verúmtamen vani filii hóminum, † mendáces filii hóminum in statéris: * ut decípiant ipsi de vanité in idípsum.

Nolíte speráre in iniquítate, † et rapínas nolíte concupíscere: * divitiæ si áffluant, nolíte **cor** appónere.

Semel locútus est Deus, duo hæc audívi, † quia potéstan^s Dei est, et tibi, Dómine, misericórdia: * quia tu redes unicuíque iuxta ópera sua.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

E

O Mnis terra * adó-ret te et psallat ti-bi, psalmum di-cat nómi-ni tu-o, Dómi-ne.

Ps. 65, 1-12

Iubi-lá-te De-o, omnis ter- - ra, † psalmum dí-ci-te nómi-ni e- - ius: * da-te gló-ri-am lau- - di e- - ius.

Dícite Deo: Quam terribília sunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, et psallat tibi, * psalmum dicat nómini tuo.

Veníte, et vidéte ópera Dei, * terríbilis in consíliis super filios hóminum.

Qui convértilt mare in áridam, † in flúmene pertransíbunt pede, * ibi lætábimur in ipso.

Qui dominátur in virtúte sua in ætérum, † óculi eius super Gentes respíciunt, * qui exásperant non exalténtur in semetípsis.

Benedícite, Gentes, Deum **nostrum**, * et audítam fácite vocem laudis eius,

Qui pósuit ánimam meam ad vitam; * et non dedit in commotiónem pedes **meos**.

Quóniam probásti nos, Deus, * igne nos examinásti, sicut examinátur argéntum.

Induxísti nos in láqueum, † posuísti tribulatiónes in dorso **nostro**; * imposuísti hómines super **cápita nostra**.

Transívimus per ignem et aquam, * et eduxísti nos in **refrigérium**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Psalmus 3.

Ps. 65, 16

Udí-te, omnes, * qui timé-tis De- um, quanta fe-cit ánimæ me-æ.

Ps. 65, 13-20

Intro-íbo in domum tu-am in ho- - locáus- - tis; * reddam ti-bi vo-ta me-a, quæ distinxé-runt lá-bi-a me- - a.

Et locútum **est** os **meum** * in tribulatióne **mea**.

Holocáusta medulláta ófferam tibi cum incénso aríetum: * ófferam tibi boves *cum hircis*.

Veníte, audíte, et narrábo, omnes, qui timétis Deum: * quanta fecit ánimæ **meæ**.

Ad ipsum ore **meo** clamávi, * et exaltávi sub *lingua mea*.

Iniquitátem si aspéxi in **corde meo**, * non exáudiet Dóminus.

Proptérea exaudívit Deus, * et atténdit voci deprecatiónis **meæ**.


Benedíctus Deus, qui non amóvit oratiónen **meam**, * et misericórdiam *suam a me*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in sácula sáculórum. Amen. **A.**


Psalmus 4.

Ps. 67, 2



E Xsúrgat De- us, * et dissí-péntur in-imí-ci e-ius.

Ps. 67, 2-11



Exsúrgat De-us, et dissí-péntur in-imí- - ci e- - ius, * et fúgi- ant qui odé-runt e-um, a fá-ci-e e- - ius.

Sicut déficit fumus, defícient: † sicut fluit cera a fácie ignis, * sic péréant peccatóres a fácie Dei.

Et iusti epuléntur, et exsúltent in conspéctu Dei: * et delecténtur in lætitia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómíni eius: † iter fácite ei, qui ascéndit super occásum: * Dóminus nomen illi.

Exsultáte in conspéctu eius: † turbabúntur a fácie eius, * patris orphanórum, et iúdicis viduárum.

Deus in loco sancto suo: * Deus qui inhabitáre facit uníus moris in domo:

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, * simíliter eos, qui exásperant, qui hábitant in sepúlchris.

Deus, cum egredéreris in conspéctu pópuli tui, * cum pertransíres in desérto:

Terra mota est, étenim coeli distillavérunt a fácie Dei Sínai, * a fácie Dei Israël.

Plúviam voluntáriam segregábis Deus hæreditati tuæ: et infirmáta est, * tu vero perfecísti eam.

Animália tua habitábunt in ea: * parásti in dulcédine tua páuperi, Deus.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

II D

C

Antá-te Dómino, * et bene-dí-ci-te nomen e-ius.

Ps. 67, 12-24

Dóminus da-bit verbum e-vange-li-zántibus, * virtú-te mul- - ta.

Rex virtútum dilécti dilécti: * et speciéi domus divídere spólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ colúmbæ deargentátæ, * et posteriéra dorsi eius in pallóre auri.

Dum discérnit cœléstis reges super eam, nive dealbabúntur in Selmon: * mons Dei, mons pinguis.

Mons coagulátus, mons pinguis: * ut quid suspicámini montes coagulátos?

Mons, in quo beneplácitum est Deo habitáre in eo: * étenim Dóminus habitábit *in finem*.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lătántium: * Dóminus in eis in Sina *in sancto*.

Ascendísti in altum, † cepísti captivitátem: * accepísti dona in homínibus:

Etenim non credéntes, * inhabitáre Dóminum Deum.

Benedíctus Dóminus die quotídie: * prósperum iter fáciet nobis Deus salutárium *nostrórum*.

Deus noster, Deus salvos faciéndi: * et Dómini, Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicórum suórum: * vérticem capílli perambulántium in delíctis suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convértam, * convértam in profundum maris:

Ut intingáatur pes tuus in sánguine: * lingua canum tuórum ex inimícis, *ab ipso*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.


Psalmus 6.

Ps. 67, 27; H96



In ecclesiis * be-ne-dí-ci-te Dómino.

Ps. 67, 25-36



Vi-dé-runt ingréssus tu-os De- - us, † ingréssus De-i me- - i: * Re-gis me-i qui est in sanc- - to.

Prævenérunt príncipes coniúncti psalléntibus, * in médio iuvenculárum tympanistriárum.

In ecclésiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Israël.

Ibi Béniamin adolescéntulus, * in mentis excéssu.

Príncipes Iuda, duces eórum: * príncipes Zábulon, príncipes Néphtali.

Manda Deus virtúti tuæ: * confirma hoc Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Ierúsalem, * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, † congregátio taurórum in vaccis populórum: * ut exclúdant eos, qui probáti sunt argénto.

Díssipa gentes, quæ bella volunt: † vénient legáti ex Aegýpto: * Æthiópia prævéniet manus eius Deo.

Regna terræ, cantáte Deo: * psállite Dómino.

Psállite Deo, qui ascéndit super cœlum cœli, * ad Oriéntem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtútis, † date glóriam Deo super Israël, * magnificéntia eius, et virtus eius in núbibus.


Mirábilis Deus in sanctis suis, † Deus Israël ipse dabit virtútem, et fortitúdinem plebi suæ, * benedictus Deus.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen. A.


Psalmus 7.

Ps. 68, 2



SAlvum me fac, De- us * quóni-am intra-vé-runt aquæ usque ad á-nimam me- am.

Ps. 68, 2-14a



Salvum me fac, De- - us: * quóni-am intra-vé-runt aquæ usque ad á-nimam me- - am.

Infíxus sum in limo profúndi: * et non *est substántia*.

Veni in altitúdinem maris: * et tempéstas *demérsit* me.

Laborávi clamans, rauçæ factæ sunt fauces meæ: † defecérunt óculi **mei**, * dum spero in *Deum meum*.

Multiplicáti sunt super capíllos cápití **mei**, * qui odérunt *me gratis*.

Confortáti sunt qui persecúti sunt me inimíci mei iniúste: * quæ non rápui, tunc *exsolvébam*.

Deus, tu scis insipiéntiam **meam**: * et delícta mea a te non *sunt abscondita*.

Non erubéscant in me qui exspéctant te, Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me * qui quærunt te, *Deus Israël*.

Quóniam propter te sustínuí opprórium: * opéruit confúsio fáciem **meam**.

Extráneus factus sum frátribus **meis**, * et peregrínus filiis *matris meæ*.

Quóniam zelus domus tuæ comédit me: * et oppróbia exprobrántium tibi cecidérunt super me.

Et opérui in ieíúnio ánimam **meam**: * et factum est in opprórium **mihi**.

Et pósui vestíméntum meum cilíciúm: * et factus sum illis *in parábola*.


Advérsum me loquebántur, qui sedébant in *porta*: * et in me psallébant qui bibébant *vinum*.

Ego vero oratióñem meam ad te, Dómine: * tempus benepláciti, Deus.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

S




Alvum me fac, De- us * quóni-am intra-vé-runt aquæ usque ad ánimam me- am.



Z

E-lus domus tu-æ * comé-dit me, et oppróbri-a exprobránti-um ti-bi ce-ci-dé-runt super me.

Ps. 68, 14b-28



In multi-túdi-ne mi-se-ri-córdi-æ tu-æ exáudi me, * in ve-ri-tá-te sa-lú-tis tu- - æ:

Eripe me de luto, ut non infigar: * líbera me ab iis, qui odérunt me, et de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéstas aquæ, † neque absórbeat me profúndum: * neque úrgeat super me púteus os suum.

Exáudi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua: * secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum résponce in me.

Et ne avértas fáciem tuam a púero tuo: * quóniam tríbulor, velóciter exáudi me.

Inténde ánimæ meæ, et líbera eam: * propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, et confusióne meam, * et reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui tríbulant me: * impropérium exspectávit cor meum, et misériam.

Et sustínui qui simul contristaréatur, et non fuit: * et qui consolaréatur, et non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel: * et in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum, * et in retributíones, et in scándalum.

Obscuréntur óculi eórum ne vídeant: * et dorsum eórum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam: * et furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitatio eórum desérta: * et in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt: * et super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appónē iniquitátem super iniquitátem eórum: * et non intrent in iustítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium: * et cum iustis *non scribántur*.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

Z E-lus domus tu-æ * comé-dit me, et oppróbri-a exprobránti-um ti-bi ce-ci-dé-runt super me.


Psalmus 9.

Ps. 68, 33; H96



Uá-ri-te Dóminus, * et vi-vet ánima vestra.

Ps. 68, 29-37



Ego sum pauper et do- - lens: * sa-lus tu-a, De-us, suscé-pit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico: * et magnificábo eum in laude:

Et placébit Deo super vítulum novéllum: * córnua producéntem et úngulas.

Vídeant páuperes et läténtur: * quárите Deum, et vivet ánima vestra.

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus: * et vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cæli et terra, * mare et ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion: * et ædificabúntur civitátes Iuda.

Et inhabitábunt ibi, * et hereditáte acquírent eam.


Et semen servórum eius possidébit eam: * et qui díligunt nomen eius, habitábunt in ea.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.

Versus.

Ps. 68, 31




¶. Laudábo nomen De-i cum cánti-co. **R.** Et magni-fi-cábo e-um in laude.



Pa-ter noster. *secreto usque ad ¶.* Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.




E X-áudi, Dómi-ne Ie-su Christe, pre-ces servó-rum tu-ó-rum, **†** et mi-se-ré-re nobis: * qui cum Patre et Spí-ri-tu



Sancto vi-vis et regnas in sácu-la sácu-ló-rum. **R.** Amen.

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Bene-dicti-óne perpé-tu-a * bene-dí-cat nos Pa-ter æ-térnus. R. Amen.

Lectio I.

2 Reg. 15, 13-15

De libro secundo Regum.

Venit igitur nuntius ad David dicens: Toto corde univérsus Israël séquitur Absalom. Et ait David servis suis qui erant cum eo in Ierúsalem: Súrgite, fugiámus; neque enim erit nobis effúgium a fácie Absalom. Festináte égredi, ne forte véniens occupe nos et impéllat super nos ruínam et percúiat civitátem in ore gládii. Dixerúntque servi regis ad eum: Omnia, quæcúmque præcéperit dóminus noster rex, libénter exsequémur servi tui.

¶. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 1.

R. 1 Reg. 7, 3 V. ibidem; H397

III

P Ræpa-rá-te corda vestra Dó-mi-no, et serví-te il-li so-li, + Et li-be-rá-bit vos de má-ni-bus
 i-nimi-có-rum ve-stró-rum. *V.* Aufér-te de-os a-li-é-nos de mé-di-o ve-stri. + Et.

Benedictio.

I ube Domne bene-dí-ce-re. Uni-géni-tus De-i Fí-li-us * nos bene-dí-ce-re et adiuvá-re digné-tur. R. Amen.

Lectio II.

2 Reg. 15, 16-18

Egréssus est ergo rex et univérsa domus eius pédibus suis; et derelíquit rex decem mulíeres concubínas ad custodiéndam domum. Egressúsque rex et omnis Israël pédibus suis stetit procul a domo. Et univérsi servi eius ambulábant iuxta eum; et legiónes Ceréthi et Pheléthi et omnes Getháti pugnatóres válidi sexcénti viri, qui secúti eum fúerant de Geth, pédites præcedébant regem.

¶. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 2.

R. Cantor **V.** 1 Reg. 17, 37; H395

I


D E-us ómni-um e-xaudí-tor est: ipse mi- sit Ange-lum su- um et tu-lit me de ó-vibus pa-tris

me- i: † Et unxit me un-cti-óne mi-se-ri-cór- di- æ su- æ. **V.** Dómi-nus, qui e-rípu-it me de o-re

le- ó- nis et de manu béstia-æ li- be-rá- vit me. † Et.

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Spí-ri-tus Sancti grá-ti-a * illúmi-net sensus et corda nostra. R. Amen.

Lectio III.

2 Reg. 15, 19-20

Dixit autem rex ad Ethái Getháum: Cur venis nobíscum? Revértere et hábita cum rege, quia peregrínus es et egréssus es de loco tuo. Heri venísti, et hódie compélleris nobíscum égredi? Ego autem vadam quo itúrus sum; revértere et reduc tecum fratres tuos, et Dóminus fáciet tecum misericórdiam et veritátem, quia ostendísti grátiam et fidem.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 3.

R. 1 Reg. 17, 37 ¶ Ps. 56, 4.5; H395

VIII

D

Ominus, qui e- rípu-it me de o- re le- ó- nis, et de ma- nu bé- sti- æ li-be-rá-vit me, †

I- pse me e-rí- pi- et de máni-bus i-nimi- có- rum me- ó- rum. ¶ Mi-sit De-us mi-se-ri-córdi-am

su-am et ve-ri-tá-tem su- am: ánimam me-am e-rípu-it de mé-di-o ca-tu-ló- rum le-ó- num. † I- pse. ¶

Gló-ri- a Pa-tri, et Fí-li- o, et Spi-ri- tu- i San- cto. † I- pse.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

V. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

O -rémus. De-us virtú-tum, cu-ius est to-tum quod est óptimum: + ínse-re re-li-gi- ónis augméntum; *

ut quæ sunt bona nútri-as, ac pi-e-tá-tis stúdi-o, quæ sunt nutrí-ta custódi-as. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum

Fí-li-um tu-um: + qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

Conclusio

V. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 50, 6.3; H96

VIII G² T I-bi so-li * peccá-vi Dómi-ne, mi-se-ré-re me-i.

Psalmus 50.

Mi-se-ré-re me-i De- - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu- - am.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto *meo* munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra *me est* semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum *iudicáris*.

Ecce enim in iniquitábus concéptus sum: * et in peccátis concépit me *mater mea*.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gádium et lätítiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis **meis**: * et omnes iniquitátes *meas* **dele**.

Cor mundum crea in me **Deus**: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus **meis**.

Ne proiícias me a fácie **tua**: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris **tui**: * et spíritu principáli *confirma* me.

Docébo iníquos vias **tuas**: * et ímpii ad te *converténtur*.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis **meæ**: * et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.

Dómine lábia mea apéries: * et os meum annuntiábit *laudem* **tuam**.

Quóniam si voluísses sacrificium, dedísssem útique: * holocáustis non *delectáberis*.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum et humiliátum Deus *non despícies*.


Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua **Sion**: * ut ædificéntur muri *Ierúsalem*.

Tunc acceptábis sacrificium iustitiæ, oblationes et holocáusta: * tunc impónent super altáre *tuum* vítulos.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sǽcula sǽculórum. Amen.


T



I-bi so-li * peccá-vi Dómi-ne, mi-se-ré-re me-i.

Psalmus 2.

Ps. 87, 3



Psalmus 87.



Dómi-ne, De-us sa-lú-tis **me-** - **æ:** * in di-e clamá-vi, et **noc-** - te **co-ram** te.

Intret in conspéctu tuo orátio **mea:** * inclína aurem tuam ad precem **meam:**

Quia repléta est malis ánima **mea:** * et vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutório, inter mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, † quorum non es memor ámplius: * et ipsi de manu **tua repúlsi** sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri: * in tenebrósis, et in **umbra mortis.**

Super me confirmátus est furor **tuus:** * et omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longe fecísti notos meos **a me:** * posuérunt me abominatióne **sibi.**

Tráditus sum, et non egrediébar: * óculi mei languérunt **præ inópia.**

Clamávi ad te, Dómine, tota **die:** * expándi ad te **manus meas.**

Numquid mórtuis fácies mirabília: * aut médici suscitábunt, et confitebúntur **tibi?**

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam **tuam,** * et veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília **tua,** * et iustítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi: * et mane orátio mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis oratióne **meam:** * avértis fáciem **tuam a me?**

Pauper sum ego, et in labóribus a iuventúte **mea:** * exaltátus autem, humiliátus sum et **conturbátus.**

In me transiérunt iræ **tuæ**: * et terróres tui conturbavérint me.


Circumdedérunt me sicut aqua tota **die**: * circumdedérunt me **simul**.

Elongásti a me amícum et **próximo**: * et notos meos a **miséria**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula sáculórum. Amen.

I



Ntret * o-rá-ti- o me-a in conspéctu tu-o Dómi-ne.

VI F

Domi-ne * re-fúgi-um factus es nobis.

Dómi-ne, re-fúgi-um factus *es no-* - bis: * a gene-ra-ti-ónē in gene-ra-ti-ó- - nem.

Priúsquam montes fierent, aut formarétur terra *et orbis*: * a sáculo et usque in sáculum *tu es, Deus*.

Ne avértas hóminem in humilitátem: * et dixisti: Convertímini, *filiī hóminum*.

Quóniam mille anni ante óculos *tuos*, * tamquam dies hestérra, *quæ prætériit*,

Et custódia *in nocte*, * *quæ pro nihilo habéntur*, eórum *anni erunt*.

Mane sicut herba tránseat, mane flóreat, *et tránseat*: * véspera décidat, indúret *et aréscat*.

Quia defécimus in *ira tua*, * et in furóre tuo *turbáti sumus*.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu *tuoo*: * sáculum nostrum in illuminatióne *vultus tui*.

Quóniam omnes dies nostri defécérunt: * et in *ira tua defécimus*.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur: * dies annórūm nostrórum in ipsis, septuagínta *anni*.

Si autem in potentátibus, octogínta *anni*: * et amplius eórum, *labor et dolor*.

Quóniam supervénit mansuetúdo: * et corripiémur.

Quis novit potestátem *iræ tuaæ*: * et præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam *sic notam fac*: * et erudítos corde in *sapiéntia*.

Convrétere, Dómine, úsquequo? * et deprecábilis esto super *servos tuos*.

Repléti sumus mane misericórdia tua: * et exsultávimus, et delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus, quibus nos humiliásti: * annis, quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, et in ópera tua: * et dírige filios eórum.


Et sit splendor Dómini, Dei nostri, super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige super nos: * et opus mánuum nostrárum dírige.

Glória Patri *et* Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc *et semper*, * et in sácula sáculórum. Amen.


D

Omi-ne * re-fúgi-um factus es nobis.



C Antémus * Dómino glo-ri-ó-se.

Canticum Moysis, Ex. 15, 1-19



Cantémus Dómino: glo-ri-ó-se enim magni-fi-cá-tus est, * equum et ascensó-rem de-ié-cit in ma- - re.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, * et factus est mihi in salútem.

Iste Deus meus, et glorificábo eum: * Deus patris mei, et exaltábo eum.

Dóminus quasi vir pugnátor, † Omnipotens nomen eius. * Currus Pharaónis et exércitum eius proiécit in mare.

Elécti príncipes eius subméri si sunt in Mari Rubro: † abýssi operuérunt eos, * descendérunt in profundum quasi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta est in fortitúdine: † déxtera tua, Dómine, percússit inimícum. * Et in multitúdine glóriæ tuæ deposuísti adversários tuos:

Misísti iram tuam, quæ devorávit eos sicut stípulam. * Et in spíritu furóris tui congregátæ sunt aquæ:

Stetit unda fluens, * congregátæ sunt abýssi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérsequar et comprehéndam, * dívidam spólia, implébitur áнима mea:

Evaginábo gládium meum, * interficiet eos manus mea.

Flavit spíritus tuus, et opéruit eos mare: * subméri si sunt quasi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tui in fórtibus, Dómine? † quis símilis tui, magníficus in sanctitaté, * terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendísti manum tuam, et devorávit eos terra. * Dux fuísti in misericórdia tua pópulo quem redemísti:

Et portásti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum sanctum tuum.

Ascendérunt pópuli, et iráti sunt: * dolóres obtinuérint habitátóres Philísthiim.

Tunc conturbáti sunt príncipes Edom, † robústos Moab obtínuit tremor: * obriguérunt omnes habitátóres Chánaan.

Irruat super eos formído et pavor, * in magnitúdine brácchii tui:

Fiant immóbiles quasi lapis, † donec pertránseat pópulus tuus, Dómine, * donec pertránseat pópulus tuus iste, quem possedísti.

Introduces eos, et plantábis in monte hereditátis tuæ, * firmíssimo habitáculo tuo quod operátus es, Dómine:

Sanctuárium tuum, Dómine, quod firmavérunt manus tuæ. * Dóminus regnábit in ætérnum et ultra.

Ingréssus est enim eques Phárao cum cùrribus et equítibus eius in mare: * et redúxit super eos Dóminus aquas maris:

Fílii autem Israël ambulavérunt per siccum * in médio eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.


Psalmus 5.

Ps. 150, 1; H100



I

N sanctis e-ius * laudá-te De-um.



Psalmus 148.

Laudá-te Dóminum *de cæ- - lis:* * laudá-te e-um *in excél- - sis.*Laudá-te eum omnes *Angeli eius:* * laudá-te eum omnes *virtútes eius.*Laudá-te eum sol *et luna:* * laudá-te eum omnes *stellæ et lumen.*Laudá-te eum cæli *cælórum:* * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent *nomen Dómini.*Quia ipse dixit, *et facta sunt:* * ipse mandávit, *et creáta sunt.*Státuit ea in ætérnum et in sǽculum sǽculi: * præcéptum pósuit, et non *præteríbit.*Laudá-te Dóminum *de terra,* * dracónes et omnes abýssi.Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt *verbum eius:*

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et omnes cedri.


Béstiae et univérsa pécora: * serpéntes et vólucres pennátæ.

Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdices terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent *nomen Dómini:* * quia exaltátum est nomen eius solíus.Conféssio eius super cælum *et terram:* * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum no- - vum: * laus e-ius in ecclé-si-a sanctó- - rum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano et psaltério psallant ei.

Quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo: * et exaltábit mansuétos in salútem.

Exsultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.

Exaltationes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindictam in natiónibus: * increpatíones in pôpulis.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fácient in eis iudícium conscriptum: * glória hæc est ómnibus sanctis eius.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanctis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

I N sanctis e-ius * laudá-te De-um.

Capitulum.

Rom. 13, 12-13

N

OX præcessit, di-es autem appropinquávit. † Abii-ci-ámus ergo ópe-ra tenebrá-rum, et indu-ámur arma lu-cis. *



Sic-ut in di-e honéste ambu-lémus. R. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 40, 5

VI

S

Ana ánimam me-am, * Qui-a peccá-vi ti-bi. Sana. V. Ego di-xi: Dómi-ne mi-se-ré-re me-i. * Qui-a.



Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sana.

Hymnus

Prudentius († 413)

IV

L

UX ecce surgit áure-a, Pallens fa-tíscat cæ-ci-tas, Quæ nosmet in præ-cep-s di-u Erró-re tra-xit dé-vi-o.

Hæc lux se-rénum cónfe-rat, Pu-rósque nos præstet si-bi: Ni-hil loquámur súbdo-lum: Volvámus obscúrum ni-hil.


Sic to-ta decúrrat di-es, Ne lingua mendax, ne manus Oculí-ve peccent lúbri-ci, Ne noxa corpus ínqui-net.

Speculá-tor astat dé-super, Qui nos di-ébus ómnibus, Actúsque nostros próspi-cit A lu-ce prima in véspe-rum

De-o Patri sit gló-ri-a, E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Et nunc, et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.


Ps. 89, 14



V. Replé-ti sumus mane mi-se-ri-córdi-a tu-a. **R.** Exsultá-vimus, et de-lectá-ti sumus.

Canticum Zachariæ.


Lc. 1, 74.75; H423



I

N sancti-tá-te * servi-ámus Dómino, et li-be-rá-bit nos ab in-imí-cis nostris.

Lc. 1, 68-79



Be-ne-díctus Dóminus De- - us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem ple- - bis su- - áx.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præóbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.

K

Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.

P

Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D

Omnis vo-biscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


V.

Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us virtú-tum, cu-ius est to-tum quod est óptimum: † ínse-re re-li-gi-ónis augméntum; * ut quæ sunt bona nútri-as, ac pi-e-tá-tis stúdi-o, quæ sunt nutrí-ta custódi-as. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. R. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

IV
B

Ene-di-cámus Dómino. R. De-o grá-ti-as.

Ad Vespertas.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 138, 1; H98

III g D Omi-ne * pro-básti me et cognó-ví-sti me.

Psalmus 138, 1-13

Dómi-ne probásti me et co- - gno-vís-ti me: * tu cognó-vísti sessi-ónem me-am et re-surrecti-ó- - nem me- - am.

Intellexísti cogitatiónes meas de longe: * sémitam meam et funículum meum investigásti.

Et omnes vias meas prævidísti: * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima et antíqua: * tu formásti me, et posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me: * confortáta est, et non pótero ad eam.

Quo ibo a spíritu tuo? * et quo a fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cælum, tu illic es: * si descéndero in inférnum, ades.

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * et habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me: * et tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculgábunt me: * et nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obscurabúntur a te, † et nox sicut dies illuminábitur: * sicut ténebræ eius, ita et lumen eius.

Quia tu possedísti **rēnes meos**: * suscepísti me de útero **matris meæ**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in **sæcula sæculórum**. Amen.

Psalmus 2.

Psalmus 138, 14-24

Confi-tébor ti-bi qui-a terri-bí-li-ter magni-fi-cá-tus es: † mi-ra-bí-li-a ópe-ra tu- - a, * et ánima me-a cognó- - scit
ni- - mis.

Non est occultátum os meum a te, quod fecísti **in occúlto**: * et substántia mea in inferióribus **terræ**.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui, † et in libro tuo **omnes scribéntur**: * dies formabúntur, et **nemo in eis**.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci **tui Deus**: * nimis confortátus est principátus eórum.

Dinumerábo eos, et super arénam multiplicabúntur: * exsurréxi, et **adhuc sum tecum**.

Si occíderis Deus **peccatóres**: * viri ságuinum declináte **a me**.

Quia dícitis in cogitatióne: * accípient in vanitáte civitátes **tuas**.

Nonne qui odérunt te **Dómine, óderam?** * et super inimícos tuos **tabescébam?**

Perfécto ódio **óderam illos**: * et inimíci **facti sunt mihi**.

Proba me Deus, et **scito cor meum**: * intérroga me, et cognósce **sémitas meas**.

Et vide, si via iniquitátis in **me** est: * et deduc me in via **ætérrna**.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et **nunc et semper**, * et in sácula sæculórum. Amen.

D Omi-ne * pro-básti me et cognó-ví-sti me.


Psalmus 3.

Ps. 139, 2; H98

**A**

vi-ro i-níquo * lí-be-ra me, Dómi-ne.

Psalmus 139.



E-ri-pe me Dómi-ne ab hómi-ne ma- - lo: * a vi-ro in-íquo é-ri-pe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes *in corde*: * tota die constituébant praelia.Acuérunt linguas suas *sicut serpéntis*: * venénum áspidum sub lábiis eórum.Custódi me Dómine de manu *peccatóris*: * et ab homínibus iníquis éripe me.Qui cogitavérunt supplantáre *gressus meos*: * abscondérunt supérbi láqueum mihi.Et funes extendérunt *in láqueum*: * iuxta iter scándalum posuérunt mihi.Dixi Dómino: Deus *meus es tu*: * exáudi Dómine vocem deprecationis *meæ*.Dómine, Dómine virtus *salútis meæ*: * obumbrásti super caput meum in die *belli*:Ne tradas Dómine a desidério meo peccatóri: † cogitavérunt *contra me*, * ne derelínquas me, ne forte exalténtur.Caput circúitus *eórum*: * labor labiórum ipsórum opériet eos:

Cadent super eos carbónes, † in ignem deícies eos: * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur *in terra*, * virum violéntiæ mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus iudícum ínopis: * et vindictam páuperum.

Verúmtamen iusti confitebúntur nómíni tuo: * et habitábunt recti cum vultu tuo.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in sácula sáculórum. Amen. **A.**


Psalmus 4.

Ps. 140, 1; H98

VIII a

D

Omi-ne * clamá-vi ad te, ex-áudi me.



Psalmus 140.

Dómi-ne clamá-vi ad te, exáudi me: * inténde vo-ci me-æ, cum clamá-ve-ro ad te.

Dirigátur orátko mea sicut incénsum in conspéctu tuo: * elevátio mánum meárum sacrificíum vespertínum.

Pone Dómine custódiam ori meo: * et óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítia, * ad excusáandas excusatíones in peccátis.

Cum homínibus operántibus iniquitátem: * et non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípet me iustus in misericórdia, et increpábit me: * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátko mea in beneplácitis eórum: * absórpti sunt iuncti petræ iúdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt: * sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum: † quia ad te Dómine, Dómine óculi mei: * in te sperávi, non áuferas ánimam meam.

Custódi me a láqueo quem statuérunt mihi: * et a scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo eius peccatóres: * singuláriter sum ego donec tránseam.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Capitulum.

2 Cor. 1, 3-4

B

Ene-díctus De-us, et Pa-ter Dómi-ni nostri Ie-su Christi, **†** Pa-ter mi-se-ri-cordi-á-rum, et De-us to-tí-us
conso-la-ti-ónis, * qui conso-lá-tur nos in omni tribu-la-ti-óne nostra. **R.** De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 33, 2

B

VI Ene-dí-cam Dóminum * In omni témpo-re. Bene-dí-cam. **V.** Semper laus e-ius in o-re me-o. * In. **V.**
Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Bene-dí-cam.

Hymnus

Gregorius Magnus († 604)

I

M

Agnæ De-us pot-énti-æ, Qui ex aquis ortum genus Partim remittis gúrgi-ti, Partim le-vas in á-e-ra.

Demérasa lymphis ímprimens, Subvécta cæ-lis írri-gans: Ut stirpe una pródi-ta, Di-vérsa rá-pi-ant lo-ca:

Largí-re cunctis sérvu-lis, Quos mundat unda Sángui-nis, Nescí-re lapsus críminum, Nec ferre mortis tādi-um.

Ut culpa nullum déprimat: Nullum le-vet iactánti- a: E-lí-sa mens ne cónci-dat: E-lá-ta mens ne córru-at.

Præsta, Pa-ter pi-íssime, Patrique compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to Regnans per omne sácu-lum. A-men.

Versus.


Ps. 140, 2



¶. Di-ri-gá-tur Dómi-ne o-rá-ti-o me-a. R. Sic-ut incénum in conspéctu tu-o.


Canticum B. Mariæ V.

Cf. Lc. 1, 51.52; H425




F AC De-us po-tén-ti-am * in bráchi-o tu-o: dispér-de supér-bos, et ex-álta húmi-les.

Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me- a Dóminus.



Et exsultá-vit spí-ri-tus me us * in De-o, sa-lu-tá- ri me o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sácula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.

K

Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.

P

Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D

Omnis vo-biscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


V.

Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us virtú-tum, cu-ius est to-tum quod est óptimum: † ínse-re re-li-gi-ónis augméntum; * ut quæ sunt bona nútri-as, ac pi-e-tá-tis stúdi-o, quæ sunt nutrí-ta custódi-as. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. **R.** Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

B

I
Ene-di-cámus Dómino. **R.** De- o grá-ti-as.